Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

qui operatur omnia in omnibus. Circundata uarietate potestatis.
ordinis. status. et variarū ecclesiarū decore. que ueluti adolescentule
hanc de qua est sermo catholicam ecclesiam quasi matrē obseruat.
non uetustate per culpam. sed nouelle per gratiā. non semo
steriles. sed ad spiualem congruē fecunditatē. et noua semy prole
pullulantes. Nam ab iusto abel vnde ecclesie exordia trahimus
in hanc usq; diem. quot sanctos orbis terrarū habuit tot quasi pal
mites protulit. ex quibus varij modes surculi in hac vinea nostra
sabaoth. quam licet immeriti pstante domino sortiti sumus excolen
dam seruntur. Circundata varietate. q; alia triūphantis. alia mi
litantis ecclesie spes existat. De triumphanti domini sponsione
reqmittitur. Ego ero eis q; ab hominibus iuste desiderari pt.
ero illis honor et glā. salus et vita. virtus et copia. pax et omne
bonum Militans aūt ecclesia funde non incepte assimilat. Nam
sicut funda in gyrum versata lapides ceunt quibus aduersarij
feriuntur. et golias psternitur. ita ex sancta ecclesia. dum per
varias procellas et tempestates fluctuantis huiq; seculi p
tribulationum circuitū rotatur. fortes viri prodeunt. quibq;
quasi lapidibus iniquor corda tunduntur. et de hoste humā
generis nequissimo a xpi tirombus triumphatur. Hanc ipaz
ecclesiam deus omps mira quadam dispositione et potestate fun
dauit. pciosō vnigeniti filij sui domini nostri iesu cristi san
guine dotatam esse voluit. multiplici spūs sancti gratia or
nauit. apostolor simplicitate et fide roborauit. quo ignaros
delegit. vt ppulos non tam sermo illor quā causa ad credendū
adduceret. martir tormentis cruciatibus. cōstancia et tropheis
stabiliuit. Repressa paulisper quimmo cōfusa infidelitatis
sencia. et inimico homie supseminante zizania. crescente multi
plicataq; hereticor prauitate. doctor celesti doctrina illuiauit.
et dominicī cōfessor. vrg virginū. aliorūq; sanctor intrepida con
fessione. solerti cura. exemplisq; imitatoe dignissimis. aduersus
satane insidias circundedit. Inter alia aūt saluberria sāctita
tis exempla. diuina misericordia sidus quoddam mundo fulgere
dedit. beatum leopoldum austrie principem. pium marchio
nem cognomēto appellatū. innocencie. sapientie et iustitie ue
stimentis. quibus vestiri ecclesiam dicimus. dcor bonitate mā
suetudine atq; clemencia cōspicuum. simplicitate continencia
ac munificencia pclarum. Cuius integritatis. vite sāctimonia.